

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quibus diebus, & qua hora licitum sit sacerdotibus celebrare. 7

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

Barbos. 2. p. de perfect. Episcop. allegat. 24. à numer. 12.  
Quod si sacerdos velit, ut cum sit sacrificium applicetur fructus ei, quem Deus seit postea elemosynam concellatum, vel ex hac vita primò decessurum. Verius existimo eam applicationem validam esse posse, quia est absoluta, & independens ab aliqua conditione futura. Nam esto si futurum contingens quisnam primo stipem pro Missa sit concessurus. At Deum id scire non est contingens futurum, sed praesens, & necessarium, secundum quam praesentiam, & necessitatem fructus sacrificij applicatur, nec reseretur applicandus ad tempus mortis, vel concessionis stipendi. Verum esto haec applicatio valida esse posse, ac cedo ea non satisficeri ei qui postmodum Missam petit, & stipem elargitur, quippe est contra voluntatem ipsius ea anticipata applicatio, ipse enim intendit petitione, & stipendi elargitione se ad fructum sacrificij recipiendum disponere, qua dispositione tempore sacrificij caruit, præterquam quod eo tempore fortè fuit ad fructum sacrificij recipiendum incapax. Ob hanc causam merito Clemens VIII ex decreto sancte Congregat. 15. Nouemb. anno 1605, consuetudinem illorum, qui Missas anticipata intentione celebrant, pro iis qui postmodum stipem erant elargiti, tanquam periculosam, & fidelium scandalis, & offenditiosibus obnoxiam, & à virtute Ecclesiæ more abhorrentem exploxit, & improbavit, omnibusque Episcopis in suis dictis, & Praelatis regularium in suis ordinibus extermi- nandum præcepit, ut latius refert Barbos. in remiss. concil. sess. 22. in prino. & 2. p. de pote. Episc. alleg. 24. num. 12. & seqq. vbi pluribus relatis firmat aduersus dictam prohibitionem non procedere capellanum, qui Missas ex obligatione dicendas anticipare recitarat, neque qui recitarat pro intentione illius, qui obligatus est Missas commendare, quia in his casibus fructus sacrificij non suspenditur postmodum applicandus, sed statim applicatur iuxta intentionem praesentem certam, & determinatam. Et insuper is pro quo sacrificium applicatur, non speratur melius se disposturum ad sacrificij fructum percipiendum.

19. Ex his dictis est quæstio, an laudanda sit confusione, qua aliqui pīj vii sunt celebrandi exequias, & officium defunctorum pro se dum viuerent? Et quidem si prædictum officium & sacrificium ea intentione feret, ut illius fructus referuaretur in acceptance diuina applicandus post huius vita egreditum, laudanda ea confusione non esset, sed omnino reprehendenda ut inutilis, & infructuosa. At si celebrantes sacrificium funebre intendunt satisfactionem fructus sibi tunc applicari, & virtute illius sacrificij beneficium aliquod suo tempore concedendum impetrare, non est ita manifesta prædictæ consuetudinis deordinatio, ea tamen conditione posita, ut orationes, & preces, quæ mortuum aliquem denotant, non referantur ad viuos, quod certè fieri potest. Etenim lapè contingit te viuentis stipendum sacerdoti concedere, ut pro te sacrificiet, cui intentioni sacerdos satisfacit, si Missam defunctorum celebrat, quia Missa defunctorum æque tibi professa potest, ac quælibet alia. At eo casu orationes, & preces, quæ defunctorum denotant, non ad te referuntur, sed ad defunctos in purgatorio existentes. Similiter ergo officium & sacrificium funebre celebrare poteris, ut illius fructus tibi applicetur, dummodo non intendas orationes, & preces defunctorum ad te referre. Adde non solum orationes defunctorum ad te referre non potes, sed neque fructus qui mediis illis ex sacrificio oblati consequitur. Nam sacerdos orationes, & preces Ecclesiasticas decantans, & mediis illis sacrificium offerens, vt minister Ecclesie præcedit, cuius intentionem mutare non potest, neque illorum fructus alias ab Ecclesia designatis applicare: solum enim tibi applicare potest, & debet fructum sacrificij correspondentem, quatenus in persona Christi sacrificium offert. Quam applicationem nullatenus impedit sacrificium funebre, cum æquè ex illo, ac ex quilibet alio fructus sacrificij obtineatur. Non ergo dominanda est consuetudo illorum, qui pro se dum viuant exequias, & officium funebre decantari curant, ut eo paço mortis memoriam prætentiores habeant. Sicut fecit Albert. Magnus, teste Ferdinandus Castillo, 2. p. Histor. Gener. S. Dominici lib. 3. cap. 46. & Henr. 2. Comes de Roteneber. Episcop. Ratipon. 33. apud Vigilium Nvium in Histor. Sic sustinet Pinel. lib. 2. de Missa c. 7. q. 3. Nauarr. lib. 3. consil. conf. 6. de celebrat. Missar. edit. 2. Zerola in praxi Episc. 2. p. verbo Missa vers. 10. Barbola in remiss. concil. sess. 22. cap. 2. in fine.

Nihilominus eti prædicta consuetudo illa moderatione apponitur per se illicita non sit, existimo tamen nullatenus esse permittendam, primò, & præcipue, quia est aliena ab viu, & consuetudine Ecclesiæ Romana, que officium funebre non pro viuis, sed pro defunctis decantari curat. Secundò quia ex ea consuetudine datur fidelibus occasio suspicandi sic mandantem celebrare, & celebrantem velle

orationes, & preces ab Ecclesia pro defunctis institutas ad viuos referre, quod & supereritiorum est, & veritati contrarium. Tertiò quia ex illius officij funebre celebratione, nulla specialis utilitas tam quoad satisfactionem, quam quoad impetrationem tibi prouenit, quæ prouenire non possit ex cuiuslibet officij celebratione, ut quid ergo tale sacrificium petendum est? Quod si dicas ut mortis memoriam efficaciter excites? Obstat; quia hanc memoriam eadem efficacitate excitare poteris, si officium funebre in memoriam alieuius defuncti, vel omnium defunctorum fidelium celebrari cures. Nulla igitur est conuenientia, ob quam in tui memoriam quasi iam sacculo mortuus es, officium funebre celebrare, quinimo impropriè & contra veritatem fit. Et ita docet Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. c. 2. num. 15.

## P V N C T V M VII.

Quibus diebus, & qua hora licitum sit sacerdotibus celebriare.

1. *Licitum, & consuendum est singulis diebus omnibus sacerdotibus non impeditis celebrare.*
2. *Excipiuntur communiter tres dies, sed de feria quinta hebdomada sancta nulla est prohibitio.*
3. *Feria sexta parœcues nemini licet celebrare.*
4. *Sabbatho sancto priuatum non licet tametsi aliqui oppositum sentiant probabiliter.*
5. *Ante solemnem Missam nequaquam est probable.*
6. *Eodem die semel tantum sacerdos sacrificare potest.*
7. *Excipitur dies natalis Domini.*
8. *Excipiuntur necessitatis casus, & qui sint.*
9. *Iudiciorum sursum de prædicta capitulo.*
10. *Affirmans aliqui causam sufficientem, ut his eodem die celebretur, sufficiere ter, & quater.*
11. *Contrarium verius.*
12. *Qua hora sit Missa celebrandam.*
13. *Qua excipiuntur ab hac regula.*
14. *Pot meridiem non licet celebrare. Et que excipiuntur.*

1. **S**ingulis diebus non solum licet, sed & consuenum est omnibus sacerdotibus sacram facere, quia non solum in eorum utilitatem, sed in utilitatem publicam totius Ecclesiæ, & animalium in purgatorio existentium sacrificium cedit. Ob quam cauam sacerdotibus, quibus alias more laicorum, consultum non esset spectare eorum dispositiones singulis diebus communicare, celebrare consultum est, ut bene norauit Valq. disp. 232. c. 1. in fine.

2. *Excipiuntur autem communiter tres dies, quibus priuatim celebrare non licet, videlicet feria quinta in cena Domini, feria sexta parœcues, & sabbatho sancto. Sed de feria quinta in cena Domini communis est Doctorum sententia, nullam esse obligationem abstinendi à sacrificio, neque ex iure scripro, quia nullum est, neque ex consuetudine quæ vim legis habeat. Nam esto pluribus Ecclesiæ introductum sit unicam Missam solemnem celebrari, in qua omnes sacerdotes communient, id non est introductum per modum obligationis; sed devotionis ut aptius Apostolorum communio de manu Christi Domini commemoretur. Adde prædictam consuetudinem abrogaram iam est, cum passim videamus eu die sacrificium celebrari tam Romæ, quam extra. Et ita sustinet aduersus Francolinum, lib. de hor. canon. 30. num. 4. Nauarr. in fun. cap. 22. num. 88. Angeles in florib. quæst. 8. de valore Missæ. Valq. disp. 232. cap. 2. num. 24. Suar. disp. 80. sect. 1. Egid. de Coninch. quæst. 83. art. 2. dub. 2. numer. 2. num. 210. Layman. lib. 5. tract. 5. cap. 4. numer. 9. Mouter tamen optimè Vasquez dicto loco has priuatas, Missas celebrari debere antequam solemnis in Ecclesiæ finiatur. Nam ea finita, nequeunt sacerdotes absque graui culpa Missas priuatas dicere, quia iam incepit officium parœcues cum vespera dicuntur, & recollit memoria realis mortis, & sepulture Christi Domini. Ob quam cauam feria sexta parœcues celebratio interdicitur, ut iam dicimus.*
3. *Feria sexta parœcues omnes Doctores testantur nemini licet sacrificare ob prohibitionem factam ab Innocent. I. epist. 1. ad Decent. cap. 4. & referrit c. sabbato. de confess. disp. 1. Rationem congruentia reddit D. Thora quæst. 83. art. 1. ad 2. quia eo die Ecclesia recolit realē Christi Passionem, & mortem. Non igitur expedie mysticam, & incurvant mortem exhibere. Verum sicut sacerdos ex parœcatis feria 5. communicat, eodem modo quilibet aliis communicare poterit: quia more laicorum eo die communicare interdictum non est, quinimo permisum, sicuti tractat alis relatis Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 4. assert. 6. Eman. Saà, verbo Missæ.*

num. 2. & optimè probat Valsq. disp. 212. cap. 2. à num. 19.  
4. De fabbatho sancto est maior difficultas, an licet priuatum semo scandalo celebrare? Affirmant Sotus, in 4. disp. 13. q. 3. art. 2. & secundo arguitur, saltem ex licentia Praelati. Guitier. lib. 1. can. q. c. 30. n. 16. Suan. disp. 80. fct. 2. Egid. de Coninch. q. 8. art. 2. dub. 2. n. 211. Scottia. lib. 2. c. 6. Mouentur, quia probitio facta in *sabbatho de consecrat.* disp. 2. omnino abrogata videtur ex eo quod Missa quae manu resurrectionis celebra erat, retracta sit ad Sabbathum ante meridiem. Nam ea celebrazione cessar ieiunium, & locutus ob mortem, & passionem Dominicamque fuit causa, ob quam sacrificium in cruceum eo casu prohibetur, succeditque memoria resurrectionis quae ab eo tempore recolitur.

Nihilominus eti spudicita sententia probabilis sit, & à virtute timoratae conscientiae in praxim reducatur, probabilitorem, & veriorum exitim cōtrariam cum Nauarr. c. 25. n. 88. Francolin. de tēpore horar. canon. c. 10. Henrīq. lib. 9. c. 24. n. 3. Laym. lib. 5. trāt. 5. c. 4. fct. 7. Valsq. dict. disp. 232. c. 2. n. 24. Ratio principia est, quia ut Doctores oportet sententia tenetur fieri, quae adhuc non est introducta, confutudo eo die celebrandi publice in Ecclesia, præter vnam Missam solemnem, ad summum enim aliqui fecerit in priuato facello aut sunt celebrazione: at ex hac celebratione, inferri non potest præceptum latum in *capite Sabbatho* derogatum esse ab solle, sed solum quod vnicum Missam solemnem, siquidem de sola illa est confutudo manifesta; confutudo namque derogans præceptum publice, & manifesta, & à maiori parte vñata esse debet. Secundū si predictum præceptum ob confutidinem celebrandi solemniter cessavit, non solum quod Missam solemnem, sed quod priuatas, ergo licitum erit per se non solum in priuato facello, & secreto oratorio celebrare, sed etiam publice in Ecclesia, quia præter supradictum præceptum nulla alia extra prohibito. Tertiū pro Missa solemni illius dici introitus designatur, quia prophetæ, quæ premituntur loco introitus deseruntur, & pro Missis priuatis nullus est designatus introitus, neque aliquid præmittitur, quod loco introitus deseruite posse. Confer ergo Pontifex nullam aliam Missam præter solemnem celebrari posse. Alias si priuatis Missis introitus designaret, sicut fecit in vigilia pentecostes, in qua quia priuete Missis celebrari possunt, illis introitus designatus est, tamen si pro Missis solemni nullus fuerit introitus designatus, sed propheticus primus loco introitus fuerit. Quartū antiquo tempore cum Missa noctis resurrectionis celebrabatur, nullus alius cā Missam celebrabat, sed reliqui sacerdoti Missam dicebat de die resurrectionis. Alias si omnibus datum esset Missam pro nocte resurrectionis figurata celebrare, quis posset Missam de die resurrectionis dicere, nisi bis eodem die celebrasset, quod est inaudiu. Cum ergo sola celebratio, quia nocte resurrectionis facienda, erat ad fabbathum retracta sit, efficiunt vñicas sacerdoti concedi, siquidem antiquo tempore vni tantum in qualibet Ecclesia concedebatur.

5. Illud vero certum existimo stante probabilitate contraria sententia affirmantis quoniam liber sacerdotem celebrare priuatum posse, nemini id esse licitum antequam Missam solemnis accepta sit, quia vñque ad illud tempus memoria realis passionis ab Ecclesia colitur, quo durante cultu nullum est sacrificium celebrandum ex dicto cap. *Sabbatho de consecrat.* disp. 1. Ob hanc enim rationem diximus nemini licitum esse feria quinta in cœna Domini post finitum sacrificium solemne illius diei, & sacramentum reconditum priuatis celebrare, tametsi antea licitum esset.

6. Eodem die semel tantum celebrare sacerdotem posse, quia semel tantum Christus mortuus est, colligunt omnes Doctores cum D. Thom. quæst. 83. art. 2. tum ex Ecclesia confutidū. Tum ex Alex. II. in c. *sefficit de consecrat.* disp. 1. sed præcipue ex Innoc. III. in c. *censuſi de celebrat.* Missar. vii confutus Pontifex, ac presbyter duas Missas valeat celebrare: respondit, quod excepto die Nativitatis Domini, nisi causa necessitatis suadeat, sufficiat sacerdoti semel in die vnam Missam columnmodo celebrare. Item ex Honorio. III. in c. te referente eadem tit. vii. vñit verbo, mandamus.

7. Ab hoc præcepto excipiunt primò dies Nativitatis Domini in quo cœlum fuit a Telephoro relato in c. note sancta de consecrat. disp. 1. tres Missas celebrare. Idemque tradit Innocet. in texu nuper relato. Ratio mystica huius exceptionis, sicut docuit D. Th. art. 2. ad 2. fuit vt haec tria sacrificij repetitione significaretur tria verbi nativitas, prima qua ab eterno nascitur à Patre. Secunda, qua in tempore ex B. Virginie natus est. Tertia, qua quotidie in cordibus nostris nascitur. Vel vt placuit Beda ferme nativitas ad significandum triplicem legem, naturalem, scriptam, & legem gratia. Monet tamen Nauarr. in sum. c. 2. n. 2. & lib. 3. consl. conf. 1. de celebrat. Missar. edit. 2. & bene, nullum extare præceptum prædictas tres Missas celebrandi, vel audiendi sed satis est si vna legatur, vel audiatur. Quia hæc concessio priuilegium est, non præceptum.

8. Secundū exceptip Innocent. III. in c. *confutuſi* necessitatis casum, ibi: Nisi causa necessitatis suadeat. Quia posita ad

*Erd. de Caſtro Sum. Mor. Pars IV.*

mittit Innocent. repeti celebrationem posse. Varij casus enumerauntur, in quibus hanc necessitatem interuenire censem Paludan. in 4. disp. 12. q. 1. art. 4. posh. 4. conclus. Antonin. 3. p. tit. 13. c. 6. s. 5. Durand lib. 4. rational. diuin. officior. c. 1. n. 25. Sylvestro Miffa. 1. q. 7. Nauarr. c. 25. n. 87. Henrīq. L. 9. c. 30. Primus si parochus duas habeat Ecclesiæ parochiales, & non sit qui cōmodè possit in vna illarum celebrare, poterit ipse in vñas celebrare, nam cum parochiani habeant ius vt in propria parochia Missam quam audire possint, celebretur, & nullus sit alius præter parochum qui eam cōmodè celebrare possit, vel velut, vñca parochum necessitas celebrandi. Secundus ob communicandum infirmum in periculo mortis constitutum. Tertius ob repentinum aduentum aliquius Episcopi, vel magis principis, quæ decet singulis diebus Missam audire. Quartus ob peregrinorum multitudinem superuenientem die festo. Quintus ob multitudinem populi ad festiuitatem concurrentem, quem basilica capere non potest, poterit. Sacerdos Missam iterare, ne multi sacra auditione priuentur. Ob quam causam concedit Nauarr. dict. conf. 2. de celebrat. Missar. & Azor. lib. 10. c. 2. 4. g. 6. 8. fed quares. Laym. lib. 5. sum. trāt. 5. c. 4. n. 6. in Anglia vbi pauci sunt sacerdotes quemlibet sacerdotem bis celebrare posse, non solum diebus festi, sed profectis, ne fidelium multitudine sacrificio caret. Sextus ob nuptiarum benedictionem, maximè si finiatur eo die tempus benedictionum Septimus ob sepeliendum defunctum, si ibi adit confuetudo neminem ab ipsaco sepeliri. Octauus ob concurrentiam officiorum eodem die, vt in quadragessima, in rogationibus, in vigilia, in quibus vna Missa de festo, altera de tempore dici debet, & in ea Ecclesia ea confuetudo seruat. Denique subdunc Nauarr. dict. c. 25. n. 87. & Henrīq. lib. 6. c. 30. necessitatem repetendi celebrationem arbitrio prudentis judicandum esse.

9. Verum effo predicti casus antiquo tempore spectato concedendi essent: at presenti tempore, in quo obligatio, ne sapienti quam semel celebretur, strictror viget ob vñum, & confutidinem receperam, admittendi omnes non sunt. Nam ex cluso primo casu vix in reliquis adesse potest necessitas, sed solum vñitas repetitæ celebrationis, cum tamen Innocent. II. II. necessitatem exegerit pro reperita celebratione concedenda. Quod vt clariss. fiat expendamus signillatim casus enumeratos. Primum de parochi habente duas Ecclesiæ omnes admittunt, quia illa est aperta necessitas, quinim non fuli ad dies festos, sed ad profectos facultatem extendit & sat isprobabiliter Suan. disp. 80. fct. 3. circa finem; illius parochiæ fideles communitate audiendi sacram priuati existant. At idem est, cum parochus graui morbo, vel absentia impeditur, celebrare poterit alius propinquus parochus vices illius gerens in ea parochia, & in propria si comodi inueni non possit simplex factos, qui vñca celebratione predictum defectum suppletur. Secundus casus de communicando infirmo mortuorum vix practicus esse potest. Nam si ante sumptuose hostia monitus sis, debes particulam hostia infirmo communicando referuare. Si autem sumpta hostia, & ablutione monearis, nequis ob communicandum infirmum iterum celebrare, quia præceptum celebrandi ieiunè strictrus obligat, neque omitti debet ob hanc proximi necessitatem. Quocirca vi prædictus casus locum habeat, moneri, vel recordari debes infirmi sumpta hostia ante ablutionem. Cum ergo casus sic contingit, satis probable est te posse iterum celebrare, quia illa est graui proximi necessitas, & forte ex illa communione pender aeterna illius salus. Et ita hunc casum expressè admittit. Egid. de Coninch. quæst. 83. art. 2. dub. 3. num. 215. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. xlvi. pan. 7. num. 10. tametsi Valsq. disp. 232. cap. 5. circa finem contrarius sit. Tertium casum Valsq. Egid. Bonac. & Suan. disp. 80. fct. 1. post medium, non admittit, & merito, quia non videtur res tanti momenti deuotioni Episcopi, vel alterius principis satisfacere, vt ob illius causam confuetudo Ecclesiæ in celebratione prædicta omittenda sit. Quartum, & quintum casum censem admittendum, si ingens fidelium multitudine Missam audire debet, secus si exigui decem, vel 20. & non esset alius sacerdos qui celebrare posset. Mouet tamen authoritate Leonis Pontificis epif. 81. ad Diocor. cap. 2. qui manifestè indicat eo casu duplum Missam dici posse ab eodem in quā sacerdote, nam à diuersis nihil noui dicere. Tum argumento deducto ex parochio duarum, qui secundum omnium sententiam duas Missas celebrare eodem die potest, ne vñus Ecclesiæ parochiali priuentur commoditate audiendi sacram. Ergo impedit ne plures absque sacrificio remaneant, sufficiens causa est bis sacrificandi. Et ita sufficien Suan. disp. 80. fct. 3. in fine. Egid. de Coninch. dub. 3. circa finem. Nec dissentit Layman. dict. lib. 5. trāt. 5. cap. 4. num. 6. Septimum, & sextum casum reprobant & bene Valsq. dict. c. 5. circa finem. Suan. & Egid. locis allegatis. Non enim in illis adeat necessitas, quæ honeste reperitam celebrationem. Quæ enim necessitas esse potest, quod sacerdos qui ante incipiū factum monitus non fuit de nuptiis benedicendis, facrum repeat ob illarum benedictionem, cum possit eam benedictio in sequentem diem differri. Quod si eo die

I tempus

tempus.nupriarum finiatur , non obinde honestatur sacri reperitio . Non enim illa digni sunt coniuges nupriarum benedictionem impenitus postulantes . Deinde quid refert quod defunctus abique Missa sepeliatur , cum sep̄ id fiat ? Octauus casus approbari videtur ab Alexand. II. in cap. sufficit de consecrat. dī. t. & eo tempore cum exigua effe numerus sacerdotum suffici poterat , at in præsenti tempore non censeo admittendum , sicut neque amittit Aegid. de Coninch. quæst. 83. art. 2. dub. 3. num. 216. Valsq. dīp. 232. cap. 5. numer. 49. Quia maioris momenti est obseratio huius generalis precepti , ne ab uno sacerdote bis eodem die celebretur , quam obseratio confuetudinis particularis Ecclesie dicendi duplicem Missam , præcipue cum non sit , neque esse possit confutudo , quod ab uno sacerdote duplex illa Missa dicatur .

Deinde si prædictis casibus quos insufficientes esse censimus ad Missam repetitionem alia graui causa adiungatur , videlicet querimonia & perturbatio populi , eo quod sacerdos repetenda celebrationem non acquiescat , cum ex graui Doctorum sententia id facere posse , credo sufficienter honestari sacrificij repetitionem : quia eo posito casus est necessitatis . Sic notauit Aegid. de Coninch. quæst. 83. art. 2. dub. 3. in fine Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 4. num. 6.

10. Sed inquires , an non tantum bis sed ter , & quater possit sacerdos eodem die celebrare , si causa sub sit , que binam celebrationem honestatur . Afirmant Suar. dīp. 80. sect. 3. circa finem . Aegid. de Coninch. q. 83. art. 2. dub. 3. n. 213. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. c. 4. n. 6. vers. quares . Quia cum binam celebrationem sola necessitas concedat , & trianam concedere poterit . Vnde sacerdos trium Ecclesiarum præfectorū triplicem Missam celebrate poterit .

11. Ceterum existimo grauiorem causam requiri pro trina & quatera celebratione , quam pro bina , ut pote res raro , vel nunquam vistata . At stante ea grauiori causa sacrificii multiplicari poterit , sed raro , vel nunquam credo eam causam eventuram , nisi in prefectura trium Ecclesiarum , que ex urgentissima tantum causa concedi potest , & grauiori quidem quam ea qua communiter expostulatur ad duarum Ecclesiarum præfecturam . At ea præfectura concessa potest sacerdos in prædictis Ecclesiis eodem die celebrare . Nam ei ipso , quo quis pluribus Ecclesiis præficiuntur , & superiore approbata est sacrificij repetenda necessitas . Advertu ut rem omnino indubitatem nunquam reperi sacrificium posse , si in Missa ablutio sumpta est . Quia præcepit celebrandi ieiunem ob prædictas cauſas , & occasioneſ occurrenteſ derogari non potest .

12. Quod horam in qua Missa celebranda sunt , Doctores conuenient spectato iure communi non quidem scripto ( nullum enim est ) sed consuetudine firmato ante diem celebrari non posse . Ratio huius consuetudinis ea forte fuit , quia nocturnum tempus regulariter aptum non est , ut cum ea recurrentia , & populi concursum , qua tantum sacrificium decet , celebratio fiat , vel ( ut alii placet ) ipso met tempore significetur Christum in hoc sacrificio oblatum candore ſe lucis aeternae , omnesque mundi tenebras sua claritate diffoluere . Ab initio autem dīc vſque ad meridiem ſacra dici poſſunt . Neque huic doctrina obſtit decretū unū Telephori in epift. ad Frates Epif. que ep. in 1. epift. pontificis c. 2. & refertur cap. nocte ſancta de consecrat. dīp. 1. vbi excepta nocte nativitatis Domini , inquit , reliquias temporibus Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minima sunt celebranda , quia eadem hora Dominus crucifixus est , & ſuper Apostolos Spiritus sanctus delendile legitur . Non inquit obſtit , quia vt plures Doctores ſentiant hoc decretum non de Missis priuatis , ſed folementibus latum est , quæ regulariter ante horam tertiam diei in qua inchoaretur . Si autem de missis priuatis intelligatur , ut videtur intelligendum , affirmare debemus confuetudinem contraria abrogatum esse . Tempore enim Telephori rati erant sacerdotes , & vix una Missa in populo dicebatur ; ideoque conueniens erat , & forte ſub præcepto ne ante horam tertiam diei inchoaretur , vt hic poſſent omnes facilius ad eam audiendam concurrere . At cum tempore præfenti tot ſint sacerdotes , torque sacrificia , expediens fuit , ut omnibus horis diei Christus , qui vera lux est , offeratur .

Dum inchoari censio horae cum dimidia ante ortum ſolis , neque enim haec res mathematica , ſed moraliter metienda eſt , vi bene dixit Victor. de Euchar. num. 97. & tradunt Suar. Bonac. Rodig. statim referendi , quare ſi uno , vel altero quadrante ante auroram lacrum incipias , finias vero aurora inſilio , non peccas , ut docent Nauarr. sum. capite 25. n. 85. Suar. dīp. 80. ſect. 4. §. ſecundo queritur . Henrīq. lib. 9. cap. 24. num. 5. Saa. verbo Miffa 9. 27. Rodig. t. 1. quæſt. 8. ul. 9. 43. art. 1. Bonac. dīp. 4. 9. ſ. 1. pun. 9. num. 4.

13. Ab hac regula excipi primò debet natalis Domini , in quo poſt medianam noctem celebrari lacrum potest ex conceſſione prædicta Telephori : Sed an vnam cantum Missam , an omnes tres quilibet sacerdos ante auroram celebrare poſſit ? non conuenient Doctores , Syluest. verbo Miffa 1. quæſt. 6. dīcō 1. Armilla ſedem numer. 25. Tabiena ſ. 4. Nauarr.

cap. 25. numer. 87. Bonac. ſupra numer. 5. conſentit foliā pri- mā Miſſam dici poſſe , fauetque rubrica Miſſalis iſiplū praficeribens . Sed rectius contrarium ſentiant Suar. dīcō dīp. 80. ſect. 4. verbo tertio . Aegid. de Coninch. quæſt. 83. art. 2. dub. 4. Layman. lib. 5. ſum. tract. 5. cap. 4. num. 2. Valsq. dīp. 232. cap. 5. num. 31. Eman. Saā. Miſſa. num. 17. Quia Telephorus in dīto cap. nocte ſancta priuilegium non reſtrinxit ad primam Miſſam , ſed ad ſolūrē afficitur prieſteros nocte laetitia Miſſas celebrare poſſe . Non igitur eſt à nobis reſtringendum . Ræte- rea , hac conſuetudine celebrandi tres Miſſas ante auroram vntunt ſep̄ Clerici timoratæ conſcientiae abique vlo po- puli ſcandalū , vel admiratione . Signum igitur eſt id licitum eſſe . Neque obſtar quod Rubrica Miſſalis contrarium prie- cibat ; quia non prieſteribit ut neceſſarium ſed ut conueniens , vel ut aliis placet pro Miſſis ſolemnibus , & Conuentualibus non priuatis .

Secundo excipit neceſſitatis caſus , qualis eſt communi- nandi inſirum , hæc enim honestate potest celebratio- nem poſt medianam noctem ex benigna iuriſ interpretatione , nulla Epifoci requiſita licentia . Non enim credendum eſt Pontificem velle conſuetudinem hanc cum graui proximi deritrum obſervari . Sic docuit Valsq. dīp. 232. cap. 5. num. 30. Victor. de Euchar. num. 93. Layman. lib. 5. ſum. tract. 5. cap. 4. afferat . 2. Ad idem reduci potest , ſi populus peregrinationem institutus eſt : hæc enim legiſima cauſa eſt celebrandi non quidem ſtatiu poſt medianam noctem , bene ramen dimida , vel vna hora ante auroram , prieſcipue accende Epifoci licentia ſi prefens adiſit , nam cum ex priuilegio , & diſpenſatione ſep̄ eo tempore celebretur , credendum eſt ſtante ea urgenti cauſa nolle Pontificem , ut vim habeat conſuetudo celebrazione antea auroram prohibbens . Sic docuit Henrīq. lib. 9. cap. 24. numer. 5. Layman. lib. 5. ſum. tract. 5. cap. 4. n. 3. Ob comodiſtatem autem ſpecialem ſue tui , ſue alterius ſolum anticipationem breuem admittit Layman . & bene li- tam eſt .

Tertiū ſumit excepiſio ex contraria conſuetudine , quod dixerim quia in Gallia , in Belgio , & ſuperiori Germania conſuetudo introducta eſt , ut in hiemis tribus , vel quatuor horis ante ſolis ortum Miſſa celebretur , ne famili , & operari ex- eſtuentur à Miſſa auditione , ſed eam audire poſſunt ; antequam laborare incipiant . Cum ergo hæc conſuetude rationabilis eſt , derogare potest obligationem generali conſuetudine in- tructuam . Et ita ſuſtinet Nauarr. c. 25. num. 85. Aegid. de Coninch. q. 83. art. 2. dub. 4. Layman. lib. 5. ſum. tract. 5. c. 4. n. 3. Valsq. dīp. 232. c. 3. num. 29.

Quarta excepiſio ſumit ex diſpenſatione Epifoci , ſtante enim cauſa aliqua rationabili , v. g. ob comodiſtatem itineris potest Epifocus , & ſibi , & aliis diſpenſatione concedere , ut ante auroram celebratio fiat , quia ea moderatione videtur dicta prohibitiō vniuersaliſ recepta . Sic Glosa , in cap. ultim. de priuilegiis in 6. Nauarr. cap. 25. numer. 85. Aegid. dub. 4. numer. 217. Layman. dīcō cap. 4. numer. 3. Valsq. capite 3. nu- mer. 28.

Quinta ſumit ex priuilegiis conſesso regularibus , ut poſſint vna hora ante auroram , & alia poſt meridiem cele- brare cuius priuilegiū meminit Rodig. t. 1. quæſt. regul. quæſt. 43. art. 1. & refertur in compend. priuileg. Societ. Iesu , verbo Miſſa. num. 3. Ex quo priuilegio infet Rodig. ſupra Suar. dīp. 80. ſect. 4. §. tercia excepiſio . Filiculus. tract. 5. cap. 4. quæſt. 7. num. 112. Bonac. dīp. 4. 9. ſ. 1. pun. 9. num. 7. in fine . Religioſum ex licentia poſſe ferme tria horis ante ortum ſolis Miſſam inchoare . Nam cum ex iure communi iuxta probabilitatem opinionem omnibus conſeluum ſit duabus penē horis ante ortum ſolis Miſſam inchoare , priuilegiū concedens præventionem vniuersi horæ intelligenti debet de preuentione à iure communi non conſeſſa , aliaſ nihil priuilegiū operatur . Quod si dicas ſep̄ priuilegiū à ſede Apoſtoliſca conſedi celebrandi duabus horis ante ortum ſolis . Ergo ex iure communi id fieri non potest . Ego priuilegiū celebrandi hora ante auroram non extendit ad tres horas ante ortum ſolis . Reſpondeo verum eſſe ex iure communi , certum non eſt auroram comprehendere duas horas ante ortum ſolis , quinimo probabilitus eſſe ſolam horam , vel horam cum dimidia comprehendit , ideoque priuilegiū concedi poſſe celebrandi duabus horis ante ortum ſolis . At cum priuilegiū Religioſum conſeluum non ſit de celebando vna hora ante ortum ſolis , ſed vna hora ante auroram , & aurora ex probabilitate ſentient comprehendat ſparium hora cum dimidia ante ſolis ortum , efficitur duabus horis cum dimidia , plus minusve ante ortum ſolis celebriſ poſſe .

14. Miſſa celebrandā ſunt ab aurora vſque ad meridiem . Poſt meridiem vero nemini licet Miſſam inchoare ex conſuetudine iam recepiſo , & à Pio V. ſub pœna ſupen- ſionis ſententia approbatā in Bulla qua incipit Sanctissimum in Chriſto Paſter . Et tradunt Suar. dīp. 80. ſect. 4. Valsq. dīp. 232. c. 4. Layman. lib. 5. cap. 4. n. 6. Bonac. dīp. 4. de ſacram. diſpenſatione . ſ. 1. pun. 9. n. 6. Aegid. de Coninch. q. 83. art. 2. dub. 4. in fine . Nam eſto antiquo tempore ieiunium protrahebatur vſque ad ſolis o'ccafum

occasum, licetum esset hora terria pomeridiana sacram facere, restante ex confuetudine simul etiam vñus, & confuerudo cessavit hora terria post meridiem celebrandi, quinimo confuetudine firmatum est vltra meridiem plus minusve ne Missa inchoetur, tametsi contrarium doceat. Nauarr. cap. 25. num. 87. Vivald. in candelab. cap. penult. de Euchar. numer. 50. Pitigianum disp. 13. quæst. 12. art. 4. Llamas 5. p. method. cap. 50. 18. quibus fauet D. Thom. quæst. 83. art. 2. alioque antiqui qui patres apud Valq. supra alterentes hora terria post meridiem Missam ablique vlo priuilegio dici posse, quia eo tempore Christus si Patri æternæ cruentè obculit. Non igitur esse potest indecens, si ea hora incurvè inmolatur, eaque de caula restatur. Nauarr. se fœp cum iter ageret hora terria post meridiem celebrasse. Sed nullatenus hæc sententia etiam ut probabilis admittenda est, cum manifeste repugnet confuerudi receptæ, & introductæ, & ab Ecclesia Romana approbatæ. Alias intulit effeni priuilegia concedentia facultatem celebrandi hora post meridiem, si iuri communis spectato omnes possent non solum vna hora, sed tribus horis post meridiem celebrare. Quod si roges quantum temporis spatium differre debeat sacerdos post meridiem celebrationem, v mortaliter peccare censeatur? Respondeo cum Bonac. dicto p. 9. num. 6. per horam debere esse, quia alias non videtur nimis dilatio.

Supradictam doctrinam limitare debes, ne procedas casu quo post meridiem Missa solemnis, & concio ad populum finita sit, nam eo catu introducta est confuetudo, vt eo finito officio aliquæ Missæ priuata dicantur, ne plures sacri auditione carcent. Deinde limita in necessitate communicandi agrotum, satisfaciendi populo, vel peregrinis fecit accedentibus, poterit enim in his necessitatibus sacerdos ieiunus Missam inchoare duabus, vel tribus horis post meridiem, maxime ex dispensatione Episcopi, si ibi adit. Valet enim Episcopus ex rationabili causa facultatem concedere post meridiem celebrandi, sicuti potest concedere, vt ante auroram celebretur. Ex priuilegio autem Pontificis omnibus Religiosis aliqua iusta causa intercedente concessionem est, vna hora post meridiem celebrare. Quinimo sacerdotem, qui ratione itineris, vel alia de causa non potuit die festo ante meridiem celebrare, posse hora post meridiem Missam inchoare excepta confuetudine testatur Henr. lib. 9. cap. 24. num. 6. Suar. disp. 80. sect. 4. Rodrig. quæst. 43. art. 2. Mitand. man. Pralat. t. 1. quæst. 40. art. 11. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 4. num.

## P V N C T V M VIII.

## De loco ad sacrificium requisito.

1. Locus sacer est ad sacrificium requisitus.
2. Expenditur quis possit Ecclesiæ consecrare, & benedicere.
3. Est peccatum mortale seclusa necessitate, & dispensatione extra locum sacram celebrare.
4. Explicatur necessitas.
5. Expenditur dispensatio.
6. Episcopi etiam stante Trident. designare possunt oratoria.
7. Non est illa subletia per Trident. potestas celebrandi, vel faciendi celebrare extra Ecclesiæ.
8. Ex privilegio qualiter possint extra Ecclesiæ Mendicantes celebrare etiam stante Trident.
9. Quid sit concessum Religiosis Societatis Iesu.
10. In mari est plures Doctores censent celebrari non posse, tametsi periculum absit sanguinis effundendi. Probabilius est oppositum.
11. Ecclesia non debet esse polluta.
12. Quibus modis polluantur. Remissione respondetur.
13. Qualiter Ecclesia reconciliatur.
14. Ecclesia polluta solo sacrificio in ea celebrato non reconciliatur, tametsi aliqui contrarium sentiant.
15. Quando consecratur Ecclesiæ consecrationem, seu benedictionem amittere latæ examinatur.

C onstant est omnium sententia cum D. Thom. 3. cap. 83. art. 3. neminem posse iure ordinario absque necessitate & sine dispensatione, vel priuilegio extra Ecclesiæ, seu locum sacram Missam celebrare, colligitur ex cap. 1. cap. nullus. cap. scut. de consecrat. disp. 1. & ex Trident. sif. 22. cap. de observatione in celebrat. Missar. Et licet antiqui iure locus ab Episcopo consecratus pro celebratione requisitus fuerit, ut confuetudine firmatum est benedictum sufficeret, quinimo esse auctoritate Episcopi erectum, seu deputatum ad predictum finem, vt tradunt Sanch. l. 9. de matr. disp. 15. n. 24. & 36. Suar. disp. 81. sect. 3. Valq. disp. 23. cap. 1. Egid. de Coninch. quæst. 83. art. 3. dub. 1. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. in princ.

Quod si roges quis possit Ecclesiæ consecrare, & bene-

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars 1 Vi.

dere? Respondeo si consecrandæ sunt, solus Episcopus eas factare poterit neque, simplici sacerdoti committi potest, nisi à Pontifice, vni dicitur cap. Nemo de consecrat. disp. 1. cap. tua fraternus. cap. aquæ de consecrat. Eccles. & tradunt alii relat. Ludouic. de Mirand. manu. Pralat. t. 2. quæst. 19. art. 1. concl. 3. Bonac. de sacram. disp. 13. quæst. 12. art. 4. Llamas 5. p. method. cap. 50. 18. quibus fauet D. Thom. quæst. 83. art. 2. alioque antiqui qui patres apud Valq. supra alterentes hora terria post meridiem Missam ablique vlo priuilegio dici posse, quia eo tempore Christus si Patri æternæ cruentè obculit. Non igitur esse potest indecens, si ea hora incurvè inmolatur, eaque de caula restatur. Nauarr. se fœp cum iter ageret hora terria post meridiem celebrasse. Sed nullatenus hæc sententia etiam ut probabilis admittenda est, cum manifeste repugnet confuetudo receptæ, & introductæ, & ab Ecclesia Romana approbatæ. Alias intulit effeni priuilegia concedentia facultatem celebrandi hora post meridiem, si iuri communis spectato omnes possent non solum vna hora, sed tribus horis post meridiem celebrare. Quod si roges quantum temporis spatium differre debeat sacerdos post meridiem celebrationem, v mortaliter peccare censeatur? Respondeo cum Bonac. dicto p. 9. num. 6. per horam debere esse, quia alias non videtur nimis dilatio.

Et licet Sotus in 4. disp. 13. quæst. 2. art. 3. & Eman. Saâ, verbo Missa. num. 20. Ludouic. Lopez. instrutor. conscient. t. 2. cap. 79. ante §. sacerdot. existimare non esse peccatum mortale secluso scandalo, & contemptu extra locum ab Episcopo deputatum celebrare, audiendi non sunt. Nam negari non potest esse aliquod peccatum violare legem supradictis decretis firmatum, & confuetudine approbatam. At hæc lex grauen materiam respici, siquidem transgressoribus illius illius gratius poena infliguntur in dicto cap. nullus. Neque obstat (vt inquit Sotus) hanc penam solum tempore primitive Ecclesiæ seruari: quia isto pena abrogata sit, præceptum abrogatum non est, ac proinde si sub graui culpa antiquo tempore obligavit, & modò obligat. Et ita sufficunt Sanch. Suar. Egid. Laym. & Valq. supra multis allegatis Barbosa de potest. Episcop. 2. p. alleg. 23. num. 2. Nullam tamen penam suspensionis, vel interdicti ipso iure incurruunt huius præcepti violatores, quidquid affirmat Sylvest. verbo Missa. 1. quæst. 3. §. 5. Henr. lib. 9. cap. 27. moti ex cap. Episcoporum de privilegiis in 6. Quia ibi non est sermo de celebrantibus extra locum, sacram, sed de celebrantibus, vel celebrare facientibus in loco interdicto per censuras Ecclesiæ, quibus Ecclesiæ ingressus interdictatur. Sicuti bene notarunt Suar. disp. 81. sect. 3. non longe à principio. Egid. quæst. 83. art. 3. dub. 1. Poena vero depositionis, quæ a Sylvestro Papa in dicto cap. nullus presbyter, imponitur, non ipso iure, sed ferenda est, vt ex textu constat.

4. Dixi absque necessitate. Nam ea stante poterit quilibet extra locum sacram etiam sub dia celebrare. Ex dicto cap. scut. de consecrat. disp. 1. Exempla sunt primò si longam peregrinationem peragat per loca deserta, seu infidelium vbi non occurrit Ecclesia, poteris extra illam in altari viatico celebrare, ne tanto sacrificia diu priuatas existas. Si relatis Palud. Sylvest. Soto, docet Suar. disp. 81. sect. 3. Saâ, Missa. numer. 20. Egid. de Coninch. quæst. 83. art. 3. dub. 1. num. 22. 4. Henr. lib. 9. cap. 27. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. c. 5. numer. 3. Neque hui doctrina obstar priuilegium Episcopis ierifacientibus concessum in cap. vñl. de Priuileg. in 6. vt in quilibet honesto loco in altari portatili celebrare possint, quia ex vi illius priuilegij possunt ablique necessitate, sola commoditate spectata sub territorio, vel subdio celebrare. Sacerdos vero seclusa necessitate id non potest, sicuti bene aduertunt Egid. dicto numer. 22. Valsquez cap. 1. numer. 7. Suar. dicta sect. 3. Layman. dicto cap. 5. numer. 3. in fine. Secundo si Ecclesiæ diruta sunt, ne populus sacrificio carcat, poteris extra locum sacram celebrare. Habetur cap. concedimus de consecrat. disp. 1. & tradunt relati Doctores. Tertiò si locus saepe exiguis sit, nec possit aduenientium capere multitudinem poteris extra illum sacram facere, ne plures careant sacrificio. Sic Nauarr. cap. 25. num. 82. Henr. lib. 9. cap. 27. Layman. Suar. Egid. Valsquez locis allegatis. Quartò in bello, ne milites diebus festis sacrificio priuenter, poteris in castris sacrificare. Et idem est in litore mari, vt nauigantes non valentes naue desertere, sacram audiunt. Sic Laymann. & Valq. vbi supra. Quod si aduersus prædicta obiecta textum in cap. scut. de consecrat. disp. 1. vbi Felix Ponifex summam necessitatem expostulat, vt sacram fieri possit extra Ecclesiæ? Respondeo eam Valq. dicta disp. 23. c. 1. num. 5. consuetudine firmatum esse minorem necessitatem sufficeret.

5. Dixi sine dispensatione. Nam posse Episcopum in hac lege dispensare concedunt Doctores ex cap. Missarum de consecrat. disp. 1. ibi: Missarum solemnia non nisi in locis ab eo consecratis, vel vlo ipse permiserit. Debet tamen, adesse causa legitima huius dispensationis, allas nulla erit.

I 2 Quod